

Ob. 12



INDEX LECTIONUM



IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER AESTATEM

ANNI MDCCCLVI A DIE XXXI MART.

INSTITUENDARUM.



Brunsberegae, 1856
impressit C. A. Heyne.



INDEX LECTIUM

LEKTURA WYBRANYCH KSIĄZEK

WYKŁADY

LYCEI REGII HOSIANI RECTOR

DR. LAUR. FELDT,

PROF. PUBL. ORDIN. ET NONNULLARUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALIS.

KSIĄZNICA MIEJSKA
IM. KOPEŃSKA
W TORUNIU

Stadtbibliothek
Chorn

AB 1472

Verlag
A. Beyer

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS

RECTOR ET SENATUS

CIVIBUS SUIS

S.

Non nescii estis, commilitones carissimi, inter antiquiorem et recentiorem Dualismum anthropologicum, tam acre exortum esse certamen, ut alter alterum alienum dicat a sana ratione et vera religione.

Est vero alienus a sana ratione et vera religione Dualismus antiquior et recte et jure antiquatus a Dualismo recentiore, qui graviorem etiam quam ille antiquitatis auctoritatem habet.

Demonstrabimus hoc mathematica, quam vocant, cum evidentia et necessitate alio loco; hoc quidem loco satis habebimus paucis significasse, antiquandam esse, qua ille innititur, usitatam traditamque de manibus ad manus, psychologiam empiricam.

Atque psychologiam, qualis nunc quidem est, tollendam esse, id facile intelligit, qui suo stat iudicio neque auctoritatis, sed rationis momenta considerat.

„Nemo philosophus, nisi psychologus.“ Quod quum profiteatur psychologia empirica, docere se, (quod unum si sciat philosophus, sciat omnia) quid sit scire: nescit ipsa penitusque ignorat, quod profitetur se docere.

Nam nulla quum sit scientia alieni absque scientis scientia sui: depravat psychologia empirica, quae a genetica sciendi, cogitandi, cognoscendi proficisci se ait definitione, depravat, inquam, mater philosophiae nimis gloriosa, primam et principem philosophi scientiam sic, ut illam tollat funditus, annihilat.

Experiri se ait psychologia, mentem humanam non directa, sed indirecta tantum valere scientia sui, scire illam esse se non nisi per scita „phaenomena“ sua.

Atque hoc quidem patet in promptuque est, totum falsum esse. Namque ut scias, quid sis, scias jam necesse est esse te; itemque ut scias, in quo interno, quem psychologi dicunt, insis statu, scias jam necesse est, esse te; ut scias esse te omnibus et variis in statibus tuis unum et eundem, scias jam necesse est, esse te. Qui potes tu scire: sum unus et idem, nisi jam scias, sum? Qui valebis tu scientia: omnes status mei sunt status mei, nisi jam vales scientia: Ego.

Pronomen meus nascitur ex nomine Ego, non ratione inversa nomen Ego ex pronomine meus. Quo sciendi Egoismo pravam psychologiam corrigere quum vellet philosophia recentissima, pugnavit corrigenda manibus pedibusque, purum atque integrum illud „Ego, Ego sum,“ quod sciola excogitarit filia sua, id purum putum „Abstractum“ esse, cassa nuce cassius.

Est supra quam credibile est. Nam nullum Abstractum quum nascatur absque abstractione, nulla autem abstractio absque abstractore: luce clarius est, nullum nasci Ego abstractum absque Ego abstrahente sive absque Ente esse se conscio; nisi forte sanior videbitur ratio, purum Ego nasci puro Nihilo.

Perstat tamen psychologia empirica atque irrationalis magistra et regina psychologiae rationalis ad hunc usque diem vana in opinione, „purum Ego“ purum Nihilum esse, ex puro natum Nihilo; perstat illa jure antiquitatis in turpissimo ὑστερον πρότερον, ut dictet et dictando demonstret, nullam esse hominis scientiam sui i. e. scientiam esse se, nisi eam, ut esse se cogitet illud, quod instabilibus statibus suis pro stabili statore substet. Quasi vero possis cogitare te negotiosum otiosumve statorem et spectatorem vel unius phaenomeni, quod aut a te et per te aut non a te et per te, in te „oritur, durat, perit,“ nisi absque omni cogitatione sive reflexione scias esse te. Nulla est cogitatio tui absque scientia tui; nullius est cogitatio, reflexio, abstractio, nisi ejus, quod est quodque scit esse se.

Nolle autem corrigi psychologiam empiricam a philosophia rationali, id haec ejus testantur verba: „Die Vorstellung von einem Anschauenden und überhaupt von einem, die innern Zustände tragenden und habenden Ich, kommt nur in Verbindung mit der Vorstellung von der Anschauung und überhaupt vom innern Zustände im Bewußtsein vor. Nun kann nach der Verschiedenheit der Veranlassung unsere Aufmerksamkeit mehr auf das Objekt, was wir anschauen, gerichtet werden, wie es in den Naturwissenschaften geschieht, kann auch mehr hingelenkt werden auf die Anschauung (den innern Zustand überhaupt); wie es in der empirischen Psychologie geschieht, mehr auf das Anschauende, das Ich, wie es in der Philosophie der Fall ist; gewöhnlich und immer sind wir mehr auf das Eine als auf alle drei Sachen zugleich aufmerksam und deshalb kommt auch die Unterscheidung derselben so selten vor. Die Objekte, welche wir anschauen, wissen und bewissen, bestimmen auch die Aufmerksamkeit in den meisten Fällen allein, und am leichtesten bestimmen die äußeren Objekte die Aufmerksamkeit, weil die Fesselung der Aufmerksamkeit an den innern Zustand schon eine Reflexion des Ich auf sich selbst und eine reflexe Anschauung erfordert. Ist nun die Aufmerksamkeit dem innern Zustände zugewandt, wird er angeschaut, gewußt und bewußt, so ist die niedrigste Stufe des Selbstbewußtseins da, weil der Zustand an uns, in uns oder Sache Unserer ist.

Dieses niedrigste Selbstbewußtsein ist hiernach schon sehr vermittelt, liegt nicht dem Bewußtsein von den Dingen außer uns zum Grunde, sondern vielmehr umgekehrt; das Bewußtsein der Dinge außer uns ist am wenigsten vermittelt, und vermittelt dann selbst das Bewußtsein des Lebens oder der innern Zustände. Doch nicht dieses niedrigste Selbstbewußtsein allein pflegt man Selbstbewußtsein zu nennen. Es giebt ein höher stehendes Selbstbewußtsein, welches dann da ist, wenn der innere Zustand nicht bloß angeschaut und bewußt, sondern auch als Zustand des Ich angeschaut und bewußt wird, nachdem also die Vorstellung des Ich sich verbunden hat mit der Vorstellung des Zustandes, dieser in Verbindung mit dem Ich vorgestellt wird und

der Zustand als Zustand des Ich erscheint, der innere Zustand als innerer Zustand vorgestellt wird. Weil aber das Ich nicht in den Sinn und in irgend eine Anschauung fällt, so ist die Vorstellung von ihm keine sinnliche, und deshalb kein Bewußtsein seiner selbst möglich, als welches im Wissen der innern Zustände liegt; aber ein Denken seiner selbst bleibt möglich. An ein noch höher stehendes Selbstbewußtsein, als an das zuletzt genannte kann aber auch weder hier, noch auf irgend einer andern höhern Stufe des menschlichen Wissens und Erkennens gedacht werden; ein reines Selbstbewußtsein ist hier überall unmöglich wie denn auch das reine Ich mit diesem reinen Selbstbewußtsein wohl nichts als ein bloßes Gedanken Ding und sogar Dichtung ist. (Sehr richtig hatte Krug in der Fundamentalphilosophie S. 72. gesagt: „dem reinen Ich kann das Prädikat des realen Seins nicht beigelegt werden, weil es kein reales Ding, sondern ein bloßer Begriff, ein Gedanken Ding ist (verstehe: bloßes Gedanken Ding); und es war ohne Zweifel keine Verbesserung, sondern ein Rückgang zum Irrthume, wenn er darauf im Handbuche der Philosophie I. B. S. 42. Anm. diese Lehre zurücknahm und schrieb: „das reine Ich ist kein bloßer Begriff (soll heißen: kein bloß Gedachtes), wie in der Fundamentalphilosophie gesagt worden, sondern in der That etwas sehr Reales. Seine Realität offenbart sich aber stets nur unter „der Hülle des Empirischen“ zc.“)“ „Wir können das reine Ich nur ein Objekt der Verstandes-Dichtungen heißen.“ *Adi quem Biunde scripsit librum: Versuch einer systematischen Behandlung der empirischen Psychologie I. 215. 210. At sapientis „Ego sum“ si „Verstandesdichtung, Gedanken Ding“ est, Nihilo principiatum principio: insipientis „So wahr ich bin,“ „Verstandesdichtung, Gedanken Ding“ est, Nihilo principiatum principio. Unde tandem ille „edle Götterfunke im Menschengenisse, die Reflexion“ (169 f.)? Unde illa „Reflexion des Ich auf sich selbst“ (215)? Unde illud „Bewußtsein, in welchem die Vorstellung von einem, die innern Zustände tragenden und habenden Ich vorkommt“? Unde adest, quo abest, abit et redit hoc „Bewußtsein“ cum eoque hoc „Ich“? Et si reflexa tantum hominis est scientia sui: quando, a quonam sistitur reflexio, ne reflexio reflexionis existat reduplicataque et iterata reflexio procedat in infinitum et redeat eo, unde profecta est, ad Nihilum? A Nihilo profectum ad Nihilum redire coëgit reflexionem Fichtius Nihilista nullo abusu, sed legitimo usu Logicae. Vide, quem clare et perspicue scripsit librum: Die Bestimmung des Menschen Opp. II. p. 242—253. „Und denke ich denn auch wirklich, oder denke ich nur zu denken? Oder denke ich wirklich zu denken, oder denke ich etwa nur ein Denken des Denkens? Was kann die Spekulation verhindern, so zu fragen und so fort zu fragen bis ins Unendliche? Was kann ich ihr antworten, und wo ist ein Punkt, da ich ihren Fragen Stillestand gebieten könnte? — Ich weiß allerdings und muß der Spekulation gestehen, daß man auf jede Bestimmung des Bewußtseins wieder reflektiren und ein neues Bewußtsein des ersten Bewußtseins wieder erzeugen könne, daß man dadurch das unmittelbare Bewußtsein stets um eine Stufe höher rückt und das erste verdunkelt und zweifelhaft macht; und daß diese Leiter keine höchste Stufe hat. Ich weiß, daß alle Skepsis auf dieses Verfahren, ich weiß, daß jenes Lehrgebäude, das mich so gewaltig erschüttert hat, auf die Durchführung und auf das deutliche Bewußtsein dieses Verfahrens sich gründet.“ (252 f.)*

Ut Biundius psychologus, sic Fichtius philosophus eo deerravit a veritate, ut purum atque integrum Ego = Ego sum vanum Abstractum, non verum Concretum putaret. Si autem meum „Ego sum“ Esse meum mentitur; si mihi Esse mei non uti licet teste memetipso: quo alieno Esse mei Ego utar

teste? — Cum Fichtio patre errat Fichtius filius in eo, quod „Ego purum“ Ego abstractum dicit. Adi quem scripsit librum: Ueber Gegenſatz, Wendepunkt, und Ziel heutiger Philosophie. P. II. p. 16. 23. sq. 58—63. 71. 248.

Turpe illud, quod psychologia admittit, ὄσπερον πρότερον, turpem secum trahit Sensualismum. „Status“ enim illi „interni“ apprehenduntur a „sensu interno“. At nullus — psychologia iudice facti et ficti perita — est „sensus internus“ absque sensu „externo.“ Nullus autem est „sensus externus“ absque iis, quae obijciuntur extrinsecus.

Sequitur et cogitur: Nulli extra te si stant montes et arbores nullaque si fluunt flumina: nulli in te stant fluuntve status, quibus tu stator substes. Montes et flumina illa quidem stabunt et fluent in aeternum; at erit hora, qua nullum habeas „sensum externum.“ Erit igitur hora, qua nullum habeas „sensum internum.“ Ergo: Erit hora, qua ipse nullus sis.

At non eris absque sensibus ipse nullus, propterea quod non es absque sensibus ipse nullus; scies absque sensibus esse te, propterea quod scis absque sensibus esse te, quum vel minima cogitatuuncula liberares te ab impudente illo ὄσπερον πρότερον: Ego, qui et sensu et cogitatione percipio tam multa et varia, sum tamen unus et idem, — ergo sum; ego Herculeo hoc reflexionis labore assequor memetipsum, ut extrinsecus redeam introrsum, in memetipsum; ut ego me cogitem abeuntem a me et redeuntem in me et hac ultrocitro commeante cogitatione excogitem: Ego sum Ego, et subsum Egomet mihimet, cogitans cogitanti, reflectens et abstrahens reflectenti et abstrahenti. Sed enim ipse ego fallor ab ipso memet, ut ego mihi videar conscius esse, fictum esse factum, Ego abstractum esse Ego concretum.

Ipsa philosophia sanatura insanabili a psychologia infecta est morbo pestifero, ut Ego purum absque Ego impuro vel „empirico“ purum putaret Abstractum, quod ipsum per se sit minus etiam Nihilo. Ait enim Kantius, ait Hegelius his ipsis verbis, „Ego purum“ enasci ex „Ego empirico“ per violentam, abutentem prorsus libertate sua abstractionem, neque esse quidquam nisi illud, quo homines, qui statibus suis differant inter se vel maxime ad unum omnes reducantur hominem Egologum et Ontologum, non ad belluam nec Egologam nec Ontologam, nec Ego nec participem voculae sum.*)

*) Wir schauen uns nur an „wie wir innerlich affizirt werden, welches widersprechend zu sein scheint, indem wir uns gegen uns selbst als leidend verhalten müßten; daher man auch lieber den innern Sinn mit dem Vermögen der Apperzeption (welche wir sorgfältig unterscheiden) in den Systemen der Psychologie für einerlei auszugeben pflegt.“ — „Das: Ich denke, muß alle meine Vorstellungen begleiten können, denn sonst würde etwas in mir vorgestellt werden, was gar nicht gedacht werden könnte, welches ebensoviel heißt, als: die Vorstellung würde entweder unmöglich, oder wenigstens für mich nichts sein.“ — „Die reine oder auch ursprüngliche Apperzeption ist dasjenige Selbstbewußtsein, was die Vorstellung Ich denke hervorbringt.“ — „Die reine Apperzeption Ich = Ich bin.“ — „Die Vorstellung Ich bin ist das intellektuelle Bewußtsein meines Daseins.“ — „Nicht das Bewußtsein unserer Existenz, nur die Bestimmung derselben in der Zeit d. i. innere Erfahrung ist ohne äußere Erfahrung unmöglich.“ — „Das Ich in dem Satze: Ich denke ist keine empirische Vorstellung, vielmehr ist sie rein intellektuell, weil sie zum Denken überhaupt gehört. Allein ohne irgend eine empirische Vorstellung, die den Stoff zum Denken abgiebt, würde der Aktus „Ich denke“ doch nicht stattfinden, und das Empirische ist nur die Verbindung der Anwendung oder des Gebrauchs des reinen intellektuellen Vermögens.“ — „Nun haben wir aber in der innern Anschauung gar nichts Beharrliches, denn das Ich ist nur das Bewußtsein meines Denkens.“ — „Das Selbstbewußtsein ist die Form des Denkens.“ — „Durch das einfache Selbstbewußtsein ist die Art, wie ich existire, ob als Substanz oder

Atque Hegelium Logicum latere ignotum patentissimum, quod committit ὑστερον πρότερον, per est mirum. Neque enim propterea quod cogitantur, eo sunt homines Egoloqui et una omnes continentur definitione sed ratione inversa, quod illi sunt eo cogitantur Egoloqui et pares inter se, ingeniosi sintve stupidi. Monet autem ut Aristotelia, sic ipsa Logica Hegeliana: Genetica definitio optima vel una est vera.

als Accidenz, gar nicht zu bestimmen möglich.“ — „Die einfache Vorstellung Ich ist für sich selbst an Inhalt gänzlich leer; man kann von ihr nicht einmal sagen, daß sie ein Begriff sei, sondern ein bloßes Bewußtsein, das alle Begriffe begleitet. Durch dieses Ich, oder Er, oder Es (das Ding), welches denkt, wird nun nichts weiter als ein transcendentes Subjekt der Gedanken vorgestellt = X, welches nur durch die Gedanken, die seine Prädikate sind, erkannt wird, und wovon wir abgesehen niemals den mindesten Begriff haben können, um welches wir uns daher in einem beständigen Zirkel herumbrehen, indem wir uns seiner Vorstellung jederzeit schon bedienen müssen, um irgend etwas von ihm zu urtheilen, eine Unbequemlichkeit, die davon nicht zu trennen ist, weil das Bewußtsein an sich nicht sowohl eine Vorstellung ist, die ein besonderes Objekt unterscheidet, sondern eine Form derselben überhaupt, so fern sie Erkenntniß genannt werden soll; denn von der allein kann ich sagen, daß ich dadurch irgend etwas denke.“ — „Der dialektische Schein in der rationalen Psychologie beruht auf der Verwechslung einer Idee der Vernunft (einer reinen Intelligenz;“ at unde haec idea?) „mit dem in allen Stücken unbestimmten Begriffe eines denkenden Wesens überhaupt. Ich denke mich selbst zum Behufe einer möglichen Erfahrung, indem ich noch von aller wirklichen Erfahrung abstrahire, und schließe daraus, daß ich mich meiner Existenz auch außer der Erfahrung und der empirischen Bedingungen derselben bewußt werden könne. Folglich verwechsle ich die mögliche Abstraktion von meiner empirisch bestimmten Existenz mit dem vermeinten Bewußtsein einer abgesehen d möglichen Existenz meines denkenden Selbst, und glaube, das Substanziale in mir als das transcendente Subjekt zu erkennen, indem ich bloß die Einheit des Bewußtseins, welche allem Bestimmen als der bloßen Form der Erkenntniß, zum Grunde liegt, in Gedanken habe.“ — „Der Satz: Ich denke, oder ich existire denkend, ist ein empirischer Satz. Einem solchen aber liegt empirische Anschauung, folglich auch das gedachte Objekt als Erscheinung zum Grunde; und so scheint es, als wenn nach unserer Theorie die Seele ganz und gar im Denken in Erscheinung verwandelt würde, und auf solche Weise unser Bewußtsein selbst, als bloßer Schein, in der That auf nichts gehen würde.“ Kant. opp. edit. Rosenkr. et Schub. II. p. 747. 732. 737. et 106. 685. 774. 799. 791. sq. 797. 278. sq. (et 286) 801. 802. et 750. sq. — „Ich ist nur allgemeines, wie Jetzt, Hier, oder Dieses überhaupt; ich meine wohl einen einzelnen Ich, aber so wenig ich das, was ich bei Jetzt, Hier meine, sagen kann, so wenig bei Ich. Indem ich sage, dieses Hier, Jetzt oder ein Einzelnes, sage ich alle Diese, alle Hier, Jetzt, Einzelne; ebenso indem ich sage, Ich, dieser einzelne Ich, sage ich überhaupt alle Ich, jeder ist das, was ich sage: Ich, dieser einzelne Ich. Wenn der Wissenschaft diese Forderung als ihr Probierstein, auf dem sie schlechthin nicht aushalten könnte, vorgelegt wird, ein sogenanntes dieses Ding, oder einen diesen Menschen zu bezugiren, construiren, a priori zu finden, oder wie man dies ausdrücken will, so ist billig, daß die Forderung sage, welches dieses Ding, oder welchen diesen Ich hie meine; aber dies zu sagen ist unmöglich.“ Hegel Phänomenologie des Geistes S. 78. Dazu Encyclop. d. philos. Wissenschaften S. 20. „Das Ich ist das ganz Abstrakte, das abstrakt Freie.“ — „Das Denken ist Abstraktion.“ — Ich heißt überhaupt Denken. Wenn ich sage: ich denke, so ist dies etwas Identisches. Ich ist vollkommen einfach.“ — „Das Ich ist eine abstrakte Bestimmung. Ich weiß nur vom Ich, insofern ich mich von allen Bestimmungen absondere.“ — „Der Geist hat Reflexion“ — eine „relative“ und eine „unendliche.“ „Die unendliche Reflexion aber besteht darin, daß ich mich nicht mehr auf etwas Anderes sondern auf mich selbst beziehe oder mir selbst Gegenstand bin. Diese reine Beziehung auf mich selbst ist das Ich, die Wurzel des unendlichen Wesens selbst. Es ist die völlige Abstraktion von Allem, was endlich ist. Das Ich als solches hat keinen durch die Natur gegebenen oder unmittelbaren Inhalt. Diese reine Form ist sich zugleich ihr Inhalt. Jeder von der Natur gegebene Inhalt ist: 1) etwas Beschränktes: das Ich aber ist unbeschränkt; 2) ist der Inhalt der Natur unmittelbar: das reine Ich aber hat keinen unmittelbaren Inhalt, weil es nur ist vermittelt der Abstraktion von allem Andern.“ — „Als Selbstbewußtsein schaut Ich sich selbst an, und der Ausdruck desselben in seiner Reinheit ist Ich = Ich, oder: Ich bin ich. Dieser Satz des Selbstbewußtseins ist ohne allen Inhalt.“ — „Wissen ist ganz einfach, aber ich muß Etwas wissen: bin ich nur Wissen, so weiß ich gar nichts. Ebenso reines Sehen, da sehe ich gar nicht.“ (Similitudo claudicat. Nam: Est pura scientia, non est purus visus.) „Das reine Wissen kann man unmittelbar nennen, dies ist einfach; ist aber das Wissen ein wirkliches, so ist Wissendes und Gewußtes, da ist Verhältniß und Vermittlung.“ Derselbe Philosoph. Propädeutik S. 92. f. 20. f. 84. Refg. Philos. I. 159. Ausg. 2.

Igitur quum „Ego purum“ nulla nascatur abstractione, sed pro Abstracto sit Abstrahens, est etiam aliud quid intima ejus natura et character indelebilis quam universorum, qui singuli differunt inter se, hominum indifferentia, perfecta atque absoluta dissimilium similitudo atque aequalitas.

Atque hunc quidem characterem indelebilem, quem tollere non possis, nisi tollas tumet temet, Hegelius significavit et ipse: „Ait enim his ipsis verbis, voculam Ego prorsus idem valere ac verbulum sum.*) Sed dicti non tenax fuit neque pro psychologo phaenomenologo philosophus ontologus exstitit.

Frustra a philosopho Hercules exantlatur labor cogitationis, si Egologus non est Ontologus neque eo pervenit cogitando, ut habeat intellectum, „Ego purum“ non „Ego empirico,“ sed „Ego empiricum“ „Ego puro“ et intelligente et „intellectuali,“ principiari.

Quod qui cogitat cogitate, is cogitat necessario, „Ego purum“ non esse illud jam ipsum *ὄν*, sed *φαινόμενον ὄντος*; quod quidem *ὄν* non modo sit, verum etiam sciat esse se suamque scientiam sui vocula „Ego sum“ attestetur cuivis auditori, qui intellectus, non sensus, mentis, non corporis audiat auditu.

Dicimus, quod speculando scire potest, quicumque suo utitur judicio neque dicitur, quae dicitur audit et videt ab aliis.

Simplex, purum atque integrum Ego vel sum non ipsum est *ὄν*, sed *φαινόμενον ὄντος*. Nam somniantis hominis, quod ille caret judicio, quo vigil et cogitans ficta a factis vanaque spectra dignoscit veris a rebus, nullum omnino neque dictatum neque cogitatum est Ego vel sum (valeret enim judicando); at est somniantis sua scientia sui, propterea quod somno solutus somniorum memor est atque ridet ridicula et absurda. Nulla enim scientia somniorum absentium absque scientia somniorum praesentium. Nulla autem scientia somniorum praesentium absque somniantis praesente scientia sui. Documento est, quod bellua somniorum suorum immemor est penitusque ignara.

Dormientis hominis est absque et vocula et cogitatiuncula Ego vel sum sua scientia sui. Expergiscitur enim, qua vigil voluit hora; si quidem voluit, non optavit solummodo. Unde adest etiam somno finito tua scientia tui, ipso in somno si illa ita abest, ut omnino nulla sit? A vigilibus jam neque dormientibus sensibus? At videt et audit etiam bellua. Tum: Turpabis te, quo purgasti te, insigni *ὑστερον πρότερον*, ut dicas:

Nescio, esse me, nisi sciam videre, audire ... me, esse me in statu videndi, audiendi; nescio, esse me, nisi sciam, cogitare, velle, nolle me aliquid; quamquam neque cogitatio neque voluntas proficiscitur nisi ab sciente, ab homine esse se conscio, non a bellua esse se nescia.

Tua quidem ratio eo redit, ut cum psychologis defendas atque pugnes: Nulla est mea scientia mei absque mea scientia meae scientiae mei.

Quod quum neglexisset Hegelius perscrutari neque intellexisset, esse hominis solutam et liberam omni cogitatione Ego vel sum scientiam sui; simplex, purum atque integrum Ego vel sum non ipsum esse *ὄν* sed *φαινόμενον ὄντος* i. e. mentis, quae pura atque integra, simplici et directa,

*) „Im Ich ist das Seyn.“ Im Ich ist das Seyn schlechthin in mir selbst.“ „Ich bin: im Ich ist schon das Bin enthalten.“ Hlg. Philof. I. 120 f.

principali, principiante, non principiata sua scientia sui sciat ipsa semetipsam: quod quum Hegelius non vigili et sagaci cura speculatus esset, usque eo deerravit a veritate, ut solam „mentem infinitam“ vel „divinam“, non etiam „mentem finitam“ vel „humanam“ valere diceret scientia suimetipsius, neque id quoque sic, ut mens divina suam scientiam sui habeat, sed ut illam sibi acquirat; ut mens divina exantlando Herculeo labore cogitationis noscat: unam sese esse utrumque et Ego et Non-Ego, et Mentem et Naturam. (Sic mens divina, quum ipsa sit omnia et praeter eam nihil, habet illa eam, quam diximus, scientiam suimetipsius neque etiam alieni. Adimit Hegelius, ut menti humanae, sic menti divinae veram et propriam scientiam suimet.*)

Non videt Hegelius, se menti humanae dare, quod illi adimit: Suam scientiam sui suum Ego vel sum principiantem. Nescit enim atque ignorat, transferre se ad Deum, quod habeat et ipse. Nullam omnino ipse si haberet notionem (scientiam) scientiae illius, in qua id, quod scit, et id, quod scitur, unum et idem est, sive qua scientia sciens scit ipse semetipsum: qui posset Hegelius Deo vindicare, ipse quod penitus ignoraret?

Quod si intellexisset Egologus, Ego vel sum humanum Concretum, non Abstractum esse, vitioso turpatum ὕστερον πρότερον; unum hoc si intellexisset vir intelligentissimus, Ego vel sum humanum esse simplex et purum φαινόμενον simplicis et purae οὐσίας i. e. mentis humanae: profecto exstitisset Dualista, non Monista, Spiritualista et Theïsta, non Sensualista, Materialista et Pantheïsta. Nam qui mentem humanam cogitat οὐσίαν, is nulla arte dialectica cogitat illam φαινόμενον — φαινόμενον οὐσίας alienae, mentis divinae; quae quidem Hegelio noologo et theologo φαινόμενον est et ipsa, quum illa nihil aliud sit, nisi Abstractum Concretis suis enatum φαινόμενοις: ex infinitate rerum materialium vel naturalium ac mentium et sentientium et intelligentium humanarum. Ne multa: Perfecit et absolvit Hegelius pravitatem usitatae psychologiae et logicae, quae nulla omnino vigent scientia, sed consenuerunt et torpent abstractione et reflexione cogitandi. Nesciunt enim,

*) „Das Bewußtsein, als solches, ist das enbliche Bewußtsein, das Wissen von einem Andern, als dem Ich.“ — „Der absolute Geist in seinem Bewußtsein ist Sich-wissen; weiß er Anderes, so hört er auf, absoluter Geist zu seyn.“ — Das „Bewußtsein enthält den Unterschied, ein Anderes seiner selbst zu setzen, zu haben — Negation — aber ebenso in sich zurück zu kehren, bei sich, identisch mit sich zu seyn in dieser Rückkehr.“ — „Die Negation der Negation ist das Zurückkehren in sich und der Geist ist das ewige in sich Zurückgehen.“ Hegl. philos. I. 200. 431. 435. — At: Quod semper ad se redit, id nunquam a se abit. Totum falsum est, mentem divinam nihil aliud esse quam „infinitam Reflexionem ad Naturam, infinitam Abstractionem ab Natura.“ Transtulit Hegelius illud ὕστερον πρότερον: „Ego, etsi idem valet atque „sum,“ est tamen non Concretum sed Abstractum: ab Ego humano ad Ego divinum. Tota philosophia Hegeliana a principio hocce proficiscitur principio: Der edle Götterfunke im Menschengestalt ist die Reflexion und die Abstraktion. „Zuerst ist das Ich das rein unbestimmte. Es kann aber durch seine Reflexion von der Unbestimmtheit übergehen zur Bestimmtheit, z. B. zum Sehen, Hören u. s. f. In dieser Bestimmtheit ist es sich ungleich geworden, aber es ist zugleich in seiner Unbestimmtheit geblieben, d. h. es kann, indem es sich in sie begiebt, wieder zurückkehren in sich selbst. Hierher gehört auch das Entschließen, denn es geht ihm die Reflexion vorher und besteht darin, daß ich mehrere Bestimmtheiten vor mir habe, in unbestimmter Menge, welche aber doch wenigstens diese zwei sein müssen, nämlich irgend eine Bestimmung von etwas oder auch dieses nicht. Der Entschluß hebt die Reflexion, das Herüber- und Hinübergehen von einem zum andern, auf, macht eine Bestimmtheit fest und macht sie zur seinigen. Die Grundbedingung des Beschließens, der Möglichkeit, sich zu entschließen, oder vor dem Handeln zu reflektiren ist die absolute Unbestimmtheit des Ich.“ Philos. Propädeutik S. 21. Illud tantum, quod est concium sui, est potens sui: Mens non Natura.

mentem humanam, quod valeat abstrahendo et reflectendo, quod cogitationis vi recedat a sensibus, ob hoc ipsum illam esse mentem, solutam ac liberam ab omni concretione naturam; nesciunt, mentem humanam ob hoc ipsum, quod illa cogitationis vi recedat a suis ipsius phaenomenis, stantibus fluentibusve statibus suis, esse mentem, simplicem, puram atque integram esse se consciam naturam.

Quae errata philosophiae recentissimae qui non assidua et acri mentis intentione habet cognita penitusque perspecta, is frustra oppugnat Monismum clamitatque insanum et impium. Jure suo Monismus irridet istum Dualismum, quem decantat psychologia. Est enim hic tam irrationalis, ut non noverit se contempti Monismi genitorem.

Quam pravitatem psychologiae empiricae quum perspexisset Guentherus, exstitit ejus reformator. Postulavit rigore, ut illa incipiat scire, quid sit scire, quid sui sibi conscium esse. At ipse Guentherus videri potest, quod voluit, non assecutus esse, ut rejecto inanimae informisque materiae humanae et informantis animantisque mentis humanae Dualismo psychologico mentis solutam animae sensu scientiam sui ab omni prava et perversa cogitationis „Ego“ vel „sum“ reflexione et abstractione liberaret. Ait enim „cogitationem Ego vel Ego sum“ esse mentis humanae scientiam sui; ait his ipsis verbis, eam esse mentis humanae scientiam sui, ut cogitet sese „substantiam passionis et actionis suae,“ passionis „substratum“ receptans, „actionis causam efficientem.“

Quae quidem verba si accipis ita, uti sonant, praesens adest grave illud *ὑστερον πρότερον*, quo misere laborat psychologia. Ut enim cogites esse te substantiam, et patientem et agentem substantiam, scias jam necesse est esse te. Sunt sane, qui dicant, Guentherum docere, mentem humanam „ideas substantiae et causae“ quasi quaedam instrumenta adhibere, ut suum sibi Ego vel sum elaboret.

At unde haberet mens humana haec instrumenta nisi a semetipsa causa efficienti? Neque enim a sensibus, quinque rerum visibilium nuntiis patibilibus. Ut taceamus, animam belluinam nullas eorum, quae videt, cernere causas: *ὑστερον πρότερον* est, quod dicunt psychologi, causam efficientem menti humanae innotescere extrinsecus. Ab sese ad res, non ad rebus a sese transfert mens actuosa hoc „principium cognoscendi.“ Afferat secum necesse est „physicus empiricus“ notionem sive ideam causae efficientis, ut judicare possit, „illud *φαινόμενον*, quod constanter praecedat, esse causam efficientem phaenomeni subsequenti.“ Cur monet etiam Logica, ut caveas paralogismum: „Post hoc vel cum hoc, ergo propter hoc.“ Guentherum vero ab utroque, quod significavimus, *ὑστερον πρότερον*, rem si quaeras, liberum esse, id longiore docendum est disputatione, quam quae hoc loco institui possit.

Valete!

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGICI.

Mich. Jos. Krueger, Dr. P. P. O. h. t. Decanus.

- I. Evangelium secundum Joannem explicabit diebus Lunae, Martis et Mercurii h. IX—X.
- II. Hoseae librum interpretabitur diebus Jovis et Veneris h. IX—X.
- III. De vitis et scriptis Patrum Apostolicorum disseret bis per hebdomadem.

Andr. Menzel, Lic. P. P. O. Des.

- I. De Sacramentis et de rebus post mortem futuris aget diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris h. X—XI.
- II. Theologiae moralis partem priorem tradet diebus Lunae et Jovis h. II—III, nec non die Saturni h. X—XI.

Andr. Thiel, Lic. P. P. E. Des.

- I. Historiam ecclesiasticam primi aevi enarrabit ter per hebdomadem.
- II. De jure ecclesiastico tractabit quater per hebdomadem.

Ant. Paschke, Lic.

- I. Artem sacrae scripturae hermeneuticam et criticam docebit diebus Lunae et Mercurii h. VIII—IX et die Martis h. VIII—IX et II—III.
- II. Evangelium secundum Matthaeum explicabit diebus Jovis, Veneris et Saturni h. VIII—IX.

B. ORDINIS PHILOSOPHICI.

Laur. Feldt, Dr. P. P. O. h. t. Prodecanus.

- I. Calculum differentialem et integralem tradet, et doctrinam de integralibus definitis ad varias quaestiones applicabit diebus Lunae et Jovis h. X—XI.
- II. De Chronologia et de Calendario Juliano et Gregoriano disseret diebus Martis et Veneris h. X—XI.
- III. Climatologiam docebit, et usum instrumentorum meteorologicorum ac praxin observandi ostendet diebus Martis, Jovis et Veneris h. II—III.

Max. Truetschel, Dr. P. P. O. Des.

- I. Metaphysicam docebit quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis h. VIII—IX.
- II. Logicam docebit quater per hebdomadem diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris hora vespertina V—VI.
- III. Examinatoria et disputatoria instituet die et hora definienda.

Franc. Beckmann, Dr. P. P. O. Des.

- I. Aeschylī Agamemnona interpretabitur ter per hebdomadem h. IX—X.
- II. Taciti Germaniam explicabit bis per hebdomadem horis definiendis.
- III. Tertulliani Apologeticum interpretabitur bis per hebdomadem h. IX—X.
- IV. Exercitationes philologicas moderabitur semel per hebdomadem hora definienda.

Joan. Matthias Watterich, Dr. P. P. E. Des.

- I. Historiam medii aevi enarrabit quater diebus Lunae, Mercurii, Jovis et Veneris hora V—VI.
- II. Investiturae certamen quod vocant explanabit bis per hebdomadem.
- III. Exercitationes historicas instituet hora definienda.

Publica doctrinae subsidia.

Bibliotheca Lycei Regii Hosiani, cui praeest Prof. Dr. **Feldt**, diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora XI et die Mercurii hora II studiosis patebit. — Apparatus physicus et instrumenta mathematico-astronomica cum ad lectiones adhibebuntur, tum aditus suo loco petentibus lubenter dabitur.

Bibliotheksforn

Stipendium Scheillio-Bussianum.

Qui unus e Commilitonibus „de vita et theologia sancti Ignatii Martyris“ opus satis magnum obtulit, si alia eo non pertinentia missa fecisset, in aliis autem judicio severiore usus esset, opusculo longe brevior et concinnior palmam honorificentior reportasset; nunc propter eximiam diligentiam praemio non indignum esse opus ejus Ordo theologorum judicavit.

Resignata scheda prodijt nomen: **Siegfried. Schulz**, Stud. philos.